



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

XXII. De captiuatione episcoporum seu monachorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

GREGORIVS
P. X. SALTZBVRGENSE. RUDOLPHVS I.
IMP. 599

ANNO
CHRISTI
1274. modi nullo vñquam tempore in eadem ecclesia
seu monasterio cuiusquam dignitatis vel admini-
strationis officium consequatur; alias etiam pro su-
perioris arbitrio legitime puniendus.

XXII.

Statutum venerandæ memoriae domini Gui-
donis, quondam tituli sancti Laurentii in Lucina
presbyteri cardinalis, quondam in nostra prouin-
cia apostolicæ sedis legati, quo salubriter est prouis-
sum, vt in dicelesi, in qua contingit prælatum ali-
quem aut canonicum cathedralis ecclesiæ captiuari,
cessetur generaliter a diuinis, pro necessitate
*f. tem-
potis, * corporis, ad nos archiepiscopum & episcopos ex-
tendentes, præsenti constituimus edicto, vt si (quod
absit) archiepiscopum vel episcopum ex nobis ca-
ptiuari contingat, aut ecclesiæ nostras vel alterius
nostrum sic hostiliter & iniuriose inuadi, vt de sub-
uersione status ipsius probabiliter timeatur, extunc
per totam prouinciam Saltzburgensem cesseatur ge-
neraliter a diuinis; postquam de captiuitate aut per-
secutione huiusmodi per prouinciam innotuerit
manifeste. Personis tamen illustribus decoratis
principum dignitate pro ipsorum reuerentia de-
ferentes, præsens edictum ad eos & terras eorum
extendi volumus, nisi prius admoniti cessare con-
tempserint ab offensis huiusmodi, nec emendare
voluerint infra vnius mensis spatium quod fece-
runt.

XXIII.

Aduersus præsumptionem damnabilem cleri-
corum, prælaturas aut parochiales ecclesiæ teme-

Contra re-
cipientes
prælaturam
aut ecclæ-
siæ de ma-
nu laicorū.